

los malos. Ergo videtur quod intellectum penetrare possint.

7. Praeterea, ipsi etiam dicuntur incoentes malorum. Sed incoendre pertinet ad affectum eujus est amare. Ergo videtur quod etiam in voluntatem nostram imprimere possint et eam intrare.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod Angeli boni et mali ex virtute naturae suae habent potestatem transmutandi corpora nostra sicut etiam alia corpora naturalia; et quia ubi operantur ibi sunt, ideo nostris corporibus illabuntur, et per consequens etiam impressionem habent in potentias affixas organis, quarum operationes immutantur ad imputationem organorum, sicut est sensus, imaginationis, et huiusmodi; sic etiam per accidentes eorum operatio resultat in intellectum, cuius objectum est phantasia, sicut color visus, ut dicitur in 3 de Anima. Sed tamen hoc non provenit usque ad voluntatem: quia voluntas neque quantum ad actum neque quantum ad objectum dependet ex organo corporali: quia objectum suum ab intellectu accepit secundum quod intellectus apprehendit aliud in ratione boni.

Ad primum ergo dicendum, quod daemon dicitur non intus adesse simulacrum quasi virtus conjuncta, ita quod ex daemone et simulacro fiat unum, sicut idolastrae putabant aliquod numen in imaginibus corporalibus esse.

Ad secundum dicendum, quod anima non est in corpore sicut in loco, sed sicut forma in materia; et ideo non est unus rationis operatio quam anima in corpore efficit, et daemon; unde sine confusione operationum utrumque simul in eadem corporis parte esse potest.

Ad tertium dicendum, quod esse intra aliiquid, est esse intra terminos ejus. Corpus autem habet terminos duplices rationis, scilicet quantitatis et essentiae; et ideo Angelus operans intra terminos corporalis quantitatis, corpori illabatur; non autem ita quod sit intra terminos essentiae suae, nec si-
cuit pars, nec sicut virtus dans esse: quia esse est per creationem a Deo. Substantia autem spiritualis non habet terminos quantitatis, sed tantum essentiae; et ideo in ipsum non intrat nisi ille qui dat esse, scilicet Deus creator, qui habet intrinsecam essentiae operationem; aliae autem perfectio-nes sunt superadditae ad essentiam; unde Angelus illuminans non dicitur esse in Angelo et in anima, sed extrinsecus aliiquid operari.

Ad quartum dicendum, quod formae quae videntur in istis praesagijs, non sunt nisi in sensu. Hoc autem potest dupliciter contingere per daemnum operationem. Uno modo ut species quae sunt in imaginatione servatae operatione daemonum ad organa sensuum fluant, sicut contingit in somno; et ideo quando illae species contingent organa sensus exterioris, videntur ac si essent res praesentes extra, et actu sentirentur. Alius modus potest esse ex imputatione organorum, quibus immutatis, fallitur sensus iudicium, sicut in eo qui habet gustum corruptum, cui omnia videntur amara. Hoc autem facere possunt virtute quarundam rerum naturalium, sicut ad vaporationem ejusdem fumi tristes domus videntur serpentes, et multa experimenta huiusmodi inventiuntur.

Ad quintum dicendum, quod cogitationes cor- dium seire solius Dei est. Possunt tamen Angeli aliquas earum conjectare ex signis corporalibus ex-

terioribus, scilicet ex imputatione vultus (1), sicut dicitur:

In vulta legitur boni nis secreta voluntas;

et ex motu cordis, sicut per qualitatem pulsus etiam a medicis passiones animae cognoscuntur.

Ad sextum dicendum, quod mali Angeli cogitationes immittunt, ut prius dictum est, illustrando phantasmata, ut secundum diversas eorum compositiones possint novae intentiones ab eis accipi. Non tamen intellectus cogitur eas accipere: quia praeter objectum et potentiam cognoscementem, exigitur ad actualem cognitionem intentio cognoscens vel per sensum vel per intellectum. Sed boni Angeli, etiam directe in intellectum imprimere possunt: quia, secundum Augustinum (lib. 10 de civit. Dei, cap. 16), operantur in intelligentiis nostris miris quibusdam modis. Hoc autem est in quantum lumen intellectus agentis nostri confortatur per intellectuale lumen ipsum. Sed hoc daemonibus non competit: quia quamvis naturale lumen eorum sit efficacius quam lumen intellectus nostri, tamen lumine gratiae non sunt perfecti, sed tenebris culpae obumbrati; et ideo non intendunt judicium rationis nostrae rectificare per conformatiorem intellectualis luminis, sed alia nobis ostendere ex quibus de-
cipiuntur, quod faciunt phantasma illustrando.

Ad septimum dicendum, quod daemones dicuntur incoentes, in quantum faciunt fervere sanguinem; et sie anima ad concepcionem disponitur, sicut etiam quidam cibi libidinem provocant. In voluntatem autem imprimere solius Dei est, quod est proper libertatem voluntatis, quae est domina sui actus, et non cogitur ab objecto, sicut intellectus cogitur demonstratione. Unde patet ex praedictis quod daemones imprimunt inphantasiam, sed Angelus etiam in intellectum; Deus autem solus in voluntatem.

ARTICULUS VI.

Utrum Deus apparuerit in figuris corporalibus.

Ad sextum sic proceditur. 1. Videtur quod ipse Deus in corporalibus figuris non apparuerit. Huiusmodi enim apparitiones factae patribus in Prophetis, factae sunt mediantibus Angelis, quorum etiam dispositiones less tradita est, ut dicitur Act. 7, et ad Hebr. 2. Sed ille appetit qui immediate revelationem facit. Ergo videtur quod in huiusmodi figuris corporalibus Deus non apparuerit.

2. Praeterea, Angelus apparetur assu-
mit corpus in quo videtur. Sed Deus nuncquam assumptus corpus, nisi in unitate personae. Ergo videtur, quod ipse in corporalibus figuris non videatur. 5. Praeterea, Angelus qui appetit in aliquo corpore, est in eo in quo prius non fuerat. Sed in illis creaturis in quibus apparetur dicitur Deus non est nisi prius fuerat, scilicet per essentiam, praesentiam, et potentiam. Ergo videtur quod ipse non apparebat.

4. Praeterea, si ipse Deus apparuerit, ergo videtur quod missio visibilis facta fuerit in veteri Testamento, sicut etiam in novo, quod a sanctis negatur.

(1) *Al. virtutis. Nicolai visus.*

Sed contra est, quod dicitur Exod. 20, 5, ubi Dominus loquitur ad populum dicens: *Non erat tibi alii dei praeter me;* et frequenter etiam inventur: *Ego Dominus.* Ergo videtur quod ipsum est Deus apparuerit.

Praeterea, Isa. 6, 1, dicitur: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum,* quod non potest convenire nisi ipsi Deo. Ergo videtur, quod ipsum Deum viderit.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod Deus secundum essentialiam suam corporalibus oculis nunquam videri potest nec etiam intellectu nisi a beatissimo in corporalibus formis hominibus apparuit. Haec autem apparitione facta est ministerio Angelorum, ut dicit Augustinus in lib. de Trinitate (cap. 11) : quia divinae illuminationes non veniunt in nos nisi mediante caelesti hierarchia, ut dicit Dionysius. Unde in omnibus illis apparitionibus corporalibus corpus formatum est et assumptum et motum ab Angelo; sed tamen in corpore assumpto per Angelum dicitur apparere Angelus, et aliquando Deus. Formatio enim et apparitus corporis assumpti, ut dictum est, fit ad ostendendas proprietates spiritualium substantiarum. Quandoque enim Angelus, qui immediate illuminat hominem, vult instruere eum de propria virtute quam ipse habet; et tunc in corpore illo exprimit similitudines suas virtutis; et sic dicitur ille inferior Angelus apparere. Aliquando autem vult instruere hominem de virtute divina, vel etiam superioris Angeli, per quam operatur; et tunc format corpus assumptum ad exprimendam eminentiam divinam majestatis vel etiam proprietates superioris Angeli; et tunc dicitur Deus apparere vel ille superior Angelus; et hoc etiam Gregorius dicit in Glossa Evodi 5 (1) assignans causam quare Angelus qui loquebatur Moysi, quandoque vocatur Angelus, quandoque Dominus.

Et per hoc patet responsio ad primum: quia non dicitur apparere ille Angelus qui immediate corpus format, sed Deus, cuius proprietates in figura ostensio corporis significantur.

Et similiter ad secundum: quia quamvis Angelus corpus format vel moveat, non tamen ipse apparere dicitur, ratione jam dicta, sed Deus.

Ad tertium dicendum, quod Deus erat in illis creaturis novo modo, sicut signatum in signo.

(1) *Vel in praefatione Moralium, unde sumpta est a Glossa illa; sic enim ibi: Angelus qui Moysi apparuerit describitur, modo Angelus, modo Dominus memoratur. Angelus qui exercitus loquendo sericebat, Dominus, qui interius presidens locum efficiaceum ministrabat (Eccl. edit. P. Nicolai).*

DISTINCTIO IX.

De ordinum distinctione, et quot sint, et quid sint.

Post praedicta, superest cognoscere de ordinibus Angelorum quid Scriptura tradat, quae in pluribus locis novem esse ordines Angelorum pronuntiat, scilicet Angelos, Archangulos, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Thronos, Cherubim, et Seraphim. Et inveniuntur in istis ordinibus tria terma esse, et in singulis tres ordines, ut Trinitatis similitudo in eius insinuator impressa. Unde Dionysius (lib. de cael. Hier., cap. 6) tres ordinibus Angelorum esse tradit, ternos in singulis ponens. Sunt enim tres ordines superiores, tres inferiores, tres medijs. Superiores, Seraphim, Cherubim, et

Throni, Medijs, Dominationes, Principatus, Potestates, Inferiores, Virtutes, Archangeli, et Angelii.

Quid appelletur ordo, et quae sit ratio nominis eius.

Hic considerandum est, quid appelletur ordo: deinde utrum ab ipsa creatione fuerit distinctio illorum ordinum. Ordo Angelorum dicitur multiudo caelestium spirituum qui inter se in aliquo munere gratiae assimilantur, sicut et in naturalium datorum munere convenienter: verbi gratia, Seraphim dicuntur qui pree aliis ardent in caritate; Cherubim, qui pre-

dictae personae differt ab apparitione, de qua differentia dictum est, in 1, dist. 16.

Expositio textus.

Ad patientem humor et humus; ad faciendum aer et ignis aptitudinem habent. Videatur hoc esse falsum: quia in aqua dominatur qualitas activa, scilicet frigidum; et ita videtur magis esse activa quam aer in quo dominatur qualitas passiva, scilicet humidum.— Et dicendum, quod ista objectio procedit, considerata actione et passione secundum qualitates activas et passivas. Sed aliter est, si consideretur secundum formas substanciales quae sunt prima principia actionis; quanto enim aliiquid est magis subtile, magis est activum, quia plus habet de forma; et grossum est magis passivum, quia plus habet de materia.

Sed ubi Deum hominibus in corporalibus imaginibus apparuisse asserit, perplexam quaestionem proponit. Hie moveatur quaestio habens tres partes secundum tres modos quibus potest divina appariatura creetur ad hoc quod in ea Deus appareat, et hoc verum est si per creationem intelligatur formatio corporis facta per ministerium Angelorum. Secundus modus est ut Angelii corpora naturaliter unita diversimode transformant ad exprimendum diversas similitudines. Tertius modus est ut supra corpora quae habent, alia grossiora assumant, quae si indumenta quibus induantur: et utrumque istorum falso est, quia supponit Angelos habere corpora naturaliter unita.

Visible enim quidquam non est quod non sit mutabile. Istud absolute verum est (1), si intelligatur de visu exteriori: quia omne visible est corpus naturalis, et omne corpus naturale est mobile vel secundum locum vel ali modo.

(2) Daemones per energiam operationem non credimus substantialiter illabi animae. Energia dicitur ab in quod est in, et ergia, quod est labor, et geos, modus est terra (2) et convenientis hi interioris terrestri et melanconico humore laborant: quia tales usu rationis privantur; ideo energumeni etiam dicuntur illi qui interiori a daemone possidentur.

(1) *Al. visibile est quidquam non est etc.* Istud absolute verum non est etc.

(2) *Al. Per energumenos etc.*

(3) *Inauspicata explicatio, nec satis graciee voci respondens: Nicolai.*

aliis in scientia eminent; Cherubim enim interpretatur plenitudo scientiae. Thronus dicitur sedes. Thronum autem vocantur, ut beatus Gregorius sit (hom. 34 in Evang.), qui tanta Divinitatis gratia replenitur ut in eis sedet Deus, et per eos iudicium discernat, atque informet. Dominatus vero vocantur qui Princepsatus et Potestates transcendent. Princepsatus dicuntur qui sibi subditis, quae sunt agenda, disponunt, eisque ad explicatione divina ministeria (1) principiantur. Potestates nominantur hi qui hoc ceteris potentes in suo ordine accepereunt, ut virtutes adversae eis subjectas eorum referentur potestate, ne homines tentare tantum valent quantum desiderant. Virtutes vocantur illi per quos signa et miracula saepes fiunt. Archangeli qui majora mutationi, Angeli qui minorata.

Quod haec nomina non propter se sed propter nos eis data sunt, que sumpta sunt a donis gratiarum, que non habent singulariter, sed excellenter; et a praecipuis nominantur.

Hoc nomina non propter se sed propter nos eis data sunt. Qui enim sibi noli sunt contemplatione, nobis invenient cognoscitionem, et nominantur singuli ordinis a donis gratiarum, que non singulariter sed excellenter data sunt in participatione. In illa enim caelesti patria, ubi plenitudo boni est, licet quedam data sit excellenter, nihil tamen possidetur singulariter; omnia enim in omnibus sunt, non quidem aequaliter, quia aliis sublimius possident, quae tamen omnes habent. Cumque omnia dona gratiarum superiores ordines sublimius et perfectius percepient, tamen ex praecipuis sortiti sunt vocabula, inferioribus cetera relinquentes ordinibus ad cognoscitionem; ut Seraphim, qui ordo excellētissimus aestimatur, tam directione quam cognitione Divinitatis, et cetera virtutum dona, ceteris omnibus sublimius et perfectius percepit; et tamen ad excellētioris dono, id est a caritate, nomen accepit ille superior ordo: magis enim donum est caritas quam scientia (1 Corint. 15). Item magis est seorsum quam judicare: scientia namque informat iudicium; ideoque secundus ordo a secundo dono, id est a cognitione veritatis, appellatur est, scilicet Cherubim: ita et de aliis intelligendum est. Assignatur ergo excellētioris ordinum secundum excellentiam donorum; et tamen, sicut Gregorius sit, ubi supra, illa dona omnibus sunt communia. Omnes enim ardore caritatis, et scientia pleni sunt, et sie de aliis. Sed superiores aliis excellētius, ut jam dictum est, ipsa dona accepterunt, a quibus et nominantur. Unde Gregorius ibidem: « In illa summa civitate quisque ordo ejus rei censetur nomine quam plenus accept in munere. » Sed oritur hic quæstiō talis. Si quisque ordo ab illo dono nominatur quod plenus possidet, tum Cherubim in scientia praeceperit omnibus, quia a scientia nominatur. Sed qui magis diligat, plus cognoscet. Tantum enim, ut tradit auctoritas, cognoscet ibi quisque quantum diligit. Itaque Seraphim non solum in caritate, sed etiam in scientia praeceperit. Ideoque auctoritas illa sive videtur intelligenda, ut comparatio non referatur ad omnes ordines, sed ad quosdam, scilicet inferiores. Ille enim ordo non plenus Seraphim accepit scientiam in munere, sed plenus aliis ordinibus, qui sunt inferiores. Nominatur quisque ordo ab omni re quam plenus alii accepti, sed ab aliqua rerum quas accepti. Vel potest comparatio referri non ad ipsos ordines, sed ad alia dona, nec ad omnia alia dona, sed ad quaelam. Sicut enim homines cum plurim habeant dona, quædam aliis excellētius possident; ita forte et Angelus quibusdam numeribus magis polent, et aliis quibusdam minus.

Utrum hi ordines ab initio creationis ita distineti fuerint.

Non nunc inquireris: restat, utrum isti ordines a creationis initio ita distineti fuerint. Quod ita fuerint distincti a primordio sua conditionis, videtur testimonio auctoritatis insinuari, que tradit, de singulis ordinibus aliquos cedidisse. De ordine namque superiori Lucifer ille fuit, que nullus dignor conditus est. Apostolus etiam Ephes. 6, princepsatus et potestates tenetrum nominat, ostendens de ordinibus illis cedidisse, qui sum in malis ministerium exercente, non tamē penitus nominibus suorum ordinum privati sunt. Sed non videtur illud posse stare; non enim tunc caritate ardēbant, nec sapientia polabant, neque in eis Deus sedebat; si enim hoc habuissent, non cedidissent. Non ergo tunc erant Seraphim vel Cherubim vel Throni. Ad quod dicimus, quia ante easum quorūdam non erant isti ordines, quia nondum habebant dona, in quorum participationibus coauent; sed

(1) *Al. mysteria.*

quibusdam eadētibus, alii apposita sunt, eisque qui cediderunt collata fuisse eadem dona, si persistisset. Ideoque Scriptura dicit, de singulis ordinibus excidisse aliquos: non quod fuerint in ordinibus, et postea corrueant; sed quia si persistissent, eorum aliqui in singulis fuissent ordinibus, qui et in naturae temnitate et in formae perspicuitate differentes gradus habebant, sicut illi qui persistērunt. Alii enim, ut supra diximus, dist. 4, superiores, ali inferiorē conditi sunt; superiores, qui magis natura subiles et sapientia amplius perspicaces; inferiorē, qui natura minus subiles et intelligentia minus perspicaces facti sunt. Has autem invisibilēs diffinitiū invisibilium ille solus ponderare potuit qui omnia in numero et mensura et pondere dispositus (Sap. 11) idest, in seipsis, qui estimans omni rei modum praefigens, et numerus omni rei speciem praebens, et ponens omnem rem ad stabilitatem trahens, idest terminans et formans et ordinis omnia (ut Augustinus dicit lib. 4 de Gen. ad lit., cap. 5).

Utrum omnes Angeli ejusdem ordinis sint arcuates.

Praeterea considerari oportet, utrum omnes Angeli ejusdem ordinis sint arcuates. Ite esse quibusdam placuit; sed non est hoc probabile, nee assertione dignum. Quia Lucifer, qui fuit de collegio superiorum, ipsi etiam dignior extitit qui aliis excellētioribus creati fuerant. Ex quo percipitur, quod si persistisset, in ordine superiori fuisset, et aliis ejusdem ordinis dignior extitisset. Sieut enim nūs est ordo Apostolorum, et alter martyrum, et tamen in Apostolis aliis sunt digniores (1); similiiter et in martyribus illi aliis sunt superiorēs: ita et in ordinibus Angelorum recte creditur esse.

Quomodo dicat Scriptura, decimus ordinem ex hominibus complicit, cum non sit nisi novem ordines Angelorum.

Notandum etiam, quod decimus ordo legitur de hominibus restaurandis: sed cum non sint nisi novem ordines, nec plures fuisse, etiam si illi persistissent qui cediderunt; moverant lectorē, quando Scriptura (2) dicit, decimum ordinem completi ex hominibus Gregorius namque dicit, ubi supra, homines assumendos in ordinem Angelorum: quorum aliī assumuntur in ordinem superiorum, qui scilicet magis ardent caritate; ali in ordinem inferiorum, qui scilicet minus perfecti sunt. Ex quo appetit non esse de hominibus restaurandis decimum ordinem, tanquam novem sit Angelorum, et decimus hominum: sed homines pro qualitate meritorum statuendos in ordinibus Angelorum. Quod ergo legitur decimus ordo complendens de hominibus, ex tā sensu dicti, non recipit potest, quia de hominibus restaurabatur quod in Angelis lapsus est, de quibus tot corruerunt, ut posset fieri decimus ordo. Propter quod Apostolus dicit, omnia restaurari in Christo quia in caelis et quae in terris sunt: quia per Christum redemptum est humanus genus, de quo fit reparatio ruinas angelicas. Tamen non minus salvaret homo, si Angelus non cedidisset.

Quod homines assumuntur juxta numerum slantum, non lapsorum.

Non enim juxta numerum eorum qui cediderunt, sed eorum qui permanauerunt, homines ad beatitudinem admittuntur. Unde Gregorius (loc. cit.): « Superna illa civitas ex Angelis et hominibus constat: ad quam credidimus tantos humani generis ascendere, quantos illic contineat Angelos remansisse, scilicet serpentiū est in Canticō Deuteronomiū (cap. 52, 8): Statuit terminus populorum, juxta numerum Angelorum Dei (3). »

Quod quidam putant, secundum numerum lapsorum Angelorum, homines reparando.

A quibusdam tamen putatur quod homines reparantur juxta numerum Angelorum qui decidebuntur; ut illa caelestis civitas nee suorum civium numero privetur, nec majori copia regnet. Quod Augustinus in Euseb. (cap. 29), sciret videtur, usseras de hominibus plus salvār quam corrūt de Angelis, sed non minus, ita dicens: « Superna Hierusalem * mater nostra, civitas Dei, nulla civium suorum numerosi-

(1) *Al. in apostolis aliis digniores.*

(2) *Scripta Patrum, sed auctorum sacrorum intelligo Sed quis hoc dixerit non occurrit (Eccl. P. Nicolai).*

(3) *Nicolai: In septuaginta Vulgata vero: « Constitutū terminus populorum juxta numerum filiorum Israel. »*

* tate fraudabitur; aut ubiōre etiam copia fortasse regnabit. Neque enim numerum aut sanctorum hominum aut immunorum daemonum novimus, in quorum locum sic ejus artificis est qui vocat ea quae non sunt, tamquam ea quae sunt. « Ecce aperte dicit, non minus de hominibus salvari quam corrūt de Angelis; sed plus non asserit.

DIVISIO TEXTUS.

Determinatis his quae pertinent ad statum creationis Angelorum, et ad distinctionem eorum per conversionem et aversionem, hic determinat ea quae pertinent ad dignitatem honorum; et dividitur in partes duas: in prima determinat distinctione ordinum; in secunda determinat quosdam actus qui sequuntur ordinēs distinctos, 10 dist. *Hic etiam investigandus est, utrum omnes illi caelestes spiritus ad exteriora munditia militantur.* Prima in duas: in prima determinat ordinum Angelorum distinctionem; in secunda ostendit quomodo homines assumuntur de ordinē Angelorum, ibi: *Est notandum quod decimus ordo (1) legitur de hominibus restaurandis.* Prima in tres: in prima ostendit ordinum distinctionem; in secunda distinctionis principiū quantum ad distinctionem, ibi: *Jam nunc inquirere restat, utrum et isti ordines a creationis initio fierint distincti;* in tercia distinctionis modum quantum ad aequalitatem, ibi: *Praeterea considerari oportet utrum omnes Angeli ejusdem ordinis aequaliter sint.* Circa primam tria fact: primo ponit ordinum distinctionem; secundo assignat distinctionis rationem, ibi: *Hic considerandum est quid appellatur ordo;* tertio assignat causam nominationis ipsorum, ibi: *Hac nomina non propter se, sed propter nos eis data sunt;* et circa hoc duo facit: primo determinat veritatem; secundo excludit objectionem, ibi: *Sed oritur hic quæstiō talis.*

Notandum est etiam, quod decimus ordo legitur de hominibus restaurandis. Hic ostendit quomodo homines ad Angelorum ordines assumuntur; et circa hoc duo facit: primo ostendit per quem modum assumuntur, utrum ad unum ordinem decimus, vel ad omnes novem; secundo ostendit eorum qui assumuntur numerum, ibi: *Non enim juxta numerum eorum qui cediderunt, sed eorum qui permanauerunt, homines ad beatitudinem admittuntur;* ubi duo facit: primo ostendit veritatem; secundo excludit contrarietatem, ibi: *A quibusdam tamen putatur quod homines reparantur juxta numerum Angelorum qui cediderunt.*

QUAESTIO I.

Hie queruntur octo: 1.º quid sit hierarchia; 2.º de acibis hierarchia; 3.º de distinctione hierarchiarum et ordinum; 4.º de nominatione ordinum distinctorum; 5.º de distinctione vel aequalitate personarum in uno ordine existentium; 6.º de generatione (2) hierarchiarum; 7.º de principio ordinum; 8.º de eorum restauratione per homines facta.

(1) *Al. divinus ordo.*

(2) *Forte de conexione.*

ARTICULUS PRIMUS.

Utrum definitio hierarchiae data a Dionysio, sit concveniens.

Ad primum sic procedit: et ponitur definitio Dionysii in 4 cap. cœl. Hierarchia est divinus ordo et scientia et actio, deiforme, quantum possibile est, similans (1), ad indicis ei divinitus illuminaciones proportionabiliter in Dei similitudinem consonans. 1. Videatur autem quod sit incompetens. Quia definitio nihil superfluum debet continere. Sed ipse alibi (2) definens hierarchiam dicit: Hierarchia est ad Deum, quantum possibile est, unitas et similitudo. Cum ergo in praecognita descriptione praeter divinam similitudinem multa ponantur, videtur quod sint superflua.

2. Praeterea, pars non debet poni in definitione ordinis, ad minus sicut genus. Sed ordo est pars hierarchiae, cum unaqueque hierarchia tres ordines continat. Ergo videtur inconvenienter dicere: Hierarchia est ordo.

3. Praeterea, in Angelis non tantum est ordo secundum scientiam, sed etiam secundum alia bona et naturalia et gratuita; quae omnia excellētia sunt in superioribus quam in inferioribus. Ergo sicut ponit scientiam, debuit alia bona ponere.

4. Praeterea, actio pertinet ad ministrantes. Sed hierarchia est communis ministrantibus et assistentibus. Ergo videtur quod describat commune per proprium; quod est contra artem definitionis.

5. Praeterea, idem non potest poni in diversis generibus non subalternatim positis. Ergo videtur, cum scientia et actio et ordo non subalternentur invicem, quod inconvenienter assignantur hierarchiae tamquam genera in predicta descriptione.

6. Praeterea, in divinis personis non est ordo scientiae et actionis, cum sit una scientia et actio trium. Hoc autem pertinet ad rationem hierarchiae, quod sit ordo scientiae et actionis. Ergo videtur quod non similet deiforme (3).

7. Praeterea, idem est deiformitas et similitudo divina. Ergo videtur esse verborum inculcatio, cum dicat: *In divinam similitudinem ascendens, postquam dixerat: Deiforme similans.*

Solutio. Respondeo dicendum, quod hierarchia dicuntur quasi sacer principiatus a hieron (4), quod est sacrum, et archon, quod est princeps. In omni autem principiū requirunt gradus potestatis et finis; unde in sacro principiū oportet hujusmodi sacra et divina esse: et ideo, sicut in principiū

(1) Nicolai: *deiforme quam possibile est assimilans.*

(2) *Quod subiungitur, sumptum est ex cap. 1 de eae. Hier., quibus ibi non hierarchia ipsa, sed deficiatio, sic determinatur: ex hierarchia tamen et demum intelligitur esse, ut ex ibi praemissis colligatur (Ex eti. P. Nicolai).*

(3) *Al. similiter deiforme. Nicolai autem: quod noue ac simili deiforme.*

(4) *Al. hieros et infra arcos.*

sacerularis finis est ut subjecta multitudine pacifice disponatur ad bonum intentum a Principe, sicut patet in exercitu, qui secundum Philosophum (11 Metaph., text. 52), ordinatur ad bonum ducis sicut ad finem ultimum; ita oportet quod in sacro principatu finis sit assimilatio ad Deum. Hunc autem finem non est possibile Angelos consequi nisi per ordinatum actionem, ad quam exigitur ordinata potestas et scientia dirigens; et ideo in definitione hierarchiae ponitur ordo, in quo exprimitur gradus potestatis, et scientia sicut dirigens, et actio sicut ad finem induens, et Dei similitudo sicut finis intentus.

Ad primum ergo dicendum, quod finis est causa causarum; et ideo definitio quae sumitur ex fine, formalior est inter omnes definitiones, et medium demonstrans eas; et ideo illa descripicio hierarchiae: *Est ad Deum unitas et similitudo*, est sicut definitio quae est medium demonstrationis. Haec autem, *Hierarchia est ordo, scientia, et actio*, si nihil addatur, est quasi demonstrationis conclusio, quia includit essentialia principia hierarchiae; unde Dionysius eam ex praedicta concludit. Sed illa quae posita est, perfecta est, quia comprehendit utrumque; unde est quasi demonstratio positione differens.

Ad secundum dicendum, quod ordo potest sumi dupliciter: vel secundum quod nominat unum gradum tantum, sicut qui sunt unus gradus, dicuntur unius ordinis; et sic ordo est pars hierarchiae; vel secundum quod nominat relationem quae est inter diversos gradus, ut ordo dicatur ipsa ordinatio; et sic sumitur quasi abstracta, et sic ponitur in definitione hierarchiae; primo autem modo sumitur concretae, ut dicatur ordo unus gradus ordinatus.

Ad tertium dicendum, quod sicut anima in corpore quendam effectum inducit immediate in omnibus membris, ut esse, in quantum est forma corporis, alium autem inducit in uno membro mediante alio, ut motum; ita etiam Deus in omnibus ordinibus caelestis hierarchiae immediate inducit vitam naturae, gratiae et gloriae; sed ad executionem officiorum divinorum movet eos ordinare, per primos medios, et per medios ultimos; et ideo non ponitur natura vel gratia vel gloria in definitione hierarchiae, sed scientia, velut dirigens actionem in divinis officiis.

Ad quartum dicendum, quod actione circa nos exercita, est propria ministrantium, quae non ponitur in definitione hierarchiae; sed actio cognitionis (1), prout significat transmutationem percepti luminis a Deo ex uno in alium (2), communis est omnibus.

Ad quintum dicendum, quod Dionysius non intendit ordinare definitionem, sed principia essentialia hierarchiae tangere: quorum aliud est sicut materia, per modum generis se habens, scilicet ordo; alia vero sunt sicut formalia complementaria rationem hierarchiae per modum differentiarum; quorum primum est ipsa receptio divini luminis, quae in scientia importatur, quia scientia illa est secundum receptionem divini luminis; et secundum est eius translatio in alterum, quam designat actio; et tertium est consecutio finis in Dei similitudinem; et sic patet quod semper sequens est formale respectu precedens. Unde si debet ordinare tradi definitio,

potest sic dici, quod hierarchia est divinus ordo secundum scientiam (1) et actionem etc.

Ad sextum dicendum, quod secundum quosdam in divinis personis est quedam hierarchia, quam dicunt superaelestem, quae attenditur secundum ordinem naturae in personis divinis, quam assimilat hierarchia caelestis Angelorum et subcaelestis hominum. Sed hoc non est conveniens, nec secundum intentionem Dionysii: quia in divinis personis principiatum ponere unus ad alterum, est haereticum; aut quod Pater purget Filium, vel illuminet vel perficiat, vel quod id quod Patris est, recipiat in Filio inferiori modo: quae tamen requiruntur ad rationem hierarchiae, secundum intentionem Dionysii et secundum vocabuli significacionem. Et ideo dicendum est alter: scilicet quod, similiter deforme, inquantum per lumen perceptum divinae claritati assimilatur, non quidem per aquiparantiam, sed secundum suam proportionem: propter quod dicit: *Quantum possibile est*. Omnis etiam perfectio creaturae est similitudo divinae bonitatis, sicut quedam sit expressio alia.

Ad septimum dicendum, quod aliqui agenti vel imprimenti, potest aliquod recipiens assimilari dupliciter: vel secundum formam tantum; vel secundum formam et actionem; sicut aliquid illuminatur a sole, ut etiam alia illuminetur ad similitudinem solis, sicut luna; et haec est assimilatio secundum convenientiam in forma et actione. Aliqua autem illuminantur ut in seipsis luceant, sed lumen in alterum non transfundat, ut terrestria colorata, quia color est aliquid lucis. Sicut etiam assimilantur Angelii Deo in receptione divini luminis; et haec assimilatio ostenditur in hoc quod dicit: *Deiforme, inquantum possibile est, similans*; et etiam in transmutatione ejusdem in alios; et hoc ostenditur cum dicitur: *Ad inditas illuminationes*, id est secundum virtutem et regulam datarum illuminationum *ascendens in Dei similitudinem*, operando in alios secundum suam proportionem; et ideo nominat ascensum, quia in hoc est perfectio similitudinis, et omnium divinum est Dei cooperatores fieri, sicut ibidem dicit Dionysius: propter quod etiam Philosophi posuerunt finem intelligentiarum moventium orbis (quem intendunt) assimilationem divinam in causando. Et sic patet quod prima similitudo respondet scientiae, sed secunda actioni.

ARTICULUS II.

Utrum unus Angelus purget alium.

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur quod unus Angelus alium non purget. *Purgatio enim non est nisi per gratiam*. Sed solius Dei est dare gratiam. Ergo ipse solus purgat.

2. Praeterea, purgatio (2) non est nisi ab immunditia. Sed in Angelis bonis post easum malorum, nulla remansit immunditia. Ergo non est ibi purgatio.

3. Item, videtur quod nec illuminatio unius per alterum fiat. Quia informare mentem est solius Dei, ut ait Augustinus (lib. 6 de Trin.). Sed illuminari non potest Angelus, nisi mens sua informetur.

(1) *Al.* communis.

(2) *Al.* ab una in alium. *Nicola* a Deo in alium.

(1) *Al.* conscientiam.

(2) *Al.* proprio.

Ergo videtur quod unus Angelus alium non illuminet.

4. Praeterea, sicut habetur Matth. 25, 10, *Magister noster unus est Christus*; ubi dicit Augustinus, (1) quod ipse solus est qui interius docet. Sed illuminatio est per modum cuiusdam doctrinae. Ergo videtur quod solus Deus mentem Angelorum illuminet.

5. Praeterea, omnes Angeli beatitudinem suam habent ex hoc quod immediate vident Deum. Sed Deus est sufficiens medium ad omnium cognitionem. Ergo videtur quod unus alium non illuminet.

6. Praeterea, si unus illuminat alium, aut hoc facit creando novum lumen in mente ejus, aut transmutando lumen a Deo receptum. Sed primum est haereticum, cum Angeli non sint creatorum. Secundum autem videtur impossibile, nisi ponatur aliquid medium deferens, sicut in illuminatione corporali: quod ibi non est etiam facile fingere. Ergo videtur quod unus alium non illuminet.

7. Item, videtur quod nec perficiat. Quia, ut supra, in 4 dist., dictum est, perfectio quae possibilis est in Angelo, est vel naturae conditae, vel glorificatae. Sed neutra potest esse in Angelo ab Angelo. Ergo videtur quod unus alium non perficiat.

8. Praeterea, nulla perfectio potest esse in Angelo nisi secundum receptionem divini luminis. Sed haec receptio est per illuminationem. Ergo perfectio ab illuminatione non differt.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod actio non potest esse nisi secundum exigentiam rei cuius est actio. Cum autem hierarchia perficiatur in scientia, ut ex definitione patet, oportet ut actio hierarchiae in transmutatione scientiae consistat: unde dicit Dionysius (7 cap. ead. Hier.), quod purgatio, illuminatio et perfectio, est divinae scientiae assumptionis. Ad scientiam autem concurrunt duo in sui acquisitione; scilicet expulsio contrarii vel privationis, et consummatio ejus; sicut etiam in acquisitione ejuslibet formae. Sed consummatio scientiae in duabus consistit, sicut et visio corporalis ad quam requiritur lumen sub quo videatur visibile, et consequitur cognitionis ipsius visibilis: similiiter etiam per lumen intellectuale habetur cognitionis intellectiva. Ergo quantum ad remotionem privationis est purgatio, quantum ad influentiam luminis est illuminatio; sed quantum ad cognitionem consequentem, in quam dirigit lumen sicut in ultimum terminum, est perfectio; et propter hoc perfectiones a Dionysio dicuntur, secundum traditionem sacrarum doctrinarum.

Ad primum ergo dicendum, quod purgatio a culpa est per gratiam; sed a nescientia est per lumen doctrinae: et hoc etiam ab alio esse potest quam a Deo.

Ad secundum dicendum, quod purgatio quae est in Angelis, non est ab immunditia, sed a dissimilitudinis confusione, ut dicitur in 3 ead. Hier.: vel a nescientia, ut dicitur in 6 cap. ead.

(1) Non in Glossa super Matth. nec in Commentario quem nullum talen scripsit, sed tract. 5 in 1 epist. Joannis cum explicat hæc verba versus finem: *Uero dicit vos de omnibus*; quorum occasione refert illud Matthaei 22: *Unus est Magister noster, qui est Christus*; et addit. *Interior ergo Magister, est qui docet. Christus docet, inspiratio ipsius docet; ubi illius inspiratio non est forensus inaniter perstrepat verba* / Ex edit. 1. Nicoli.

lest. Hier., et haec duo in idem redeunt; confusio enim intellectus est ex hoc quod est in potentia respectu plurium; et in hoc dissimilis est a primo intellectu, scilicet divino, cui nulla possibilitas admisetur. Per lumen ergo receptum a Deo mediante superiori Angelo, liberatur intellectus angelicus ab hac dissimilitudinis confusione, inquantum terminatur ad unum; cui fortius inhaeret, quanto magis medium cognitionis efficax est: sicut patet in eo qui nescit quam partem contradictionis eligat; sed intento medio probabili, magis ad unam fletur; sed addito medio demonstrativo, firmatur in illo.

Ad illud quod postea de illuminatione queritur, dicendum, quod circa hoc contrarie quidam opinati sunt. Quidam enim dixerunt, Angelos inferiores nunquam essentiam Dei videre; sed per illuminationem superiorum, qui eum immediate vident, Dei notitiam capere: cui obviat quod dicitur Matth. 18, 10: *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei*; ubi loquitur de Angelis inferioris ordinis, hominibus ad custodiam deputatis. Alii vero e contrario dicunt, Angelos omnes immediate a Deo illuminationem recipere, negantes inferiores a superioribus illuminari, et negantes totum hoc quod Dionysius de Angelis tradit auctoritatibus saecula Scripturæ probatum, et consonum philosophorum doctrinæ. Unde medianam viam eligentes, dicimus, omnes quidem Angelos essentiam divinam immediate videre, ex quo beati sunt; sed non est necessarium quod qui vider causam, videat omnes ejus effectus, nisi ipsum secundum totam potentiam comprehendat; sicut Deus seipsum comprehensus, omni cognoscit; aliorum autem qui ipsum videntur non comprehendunt, unusquisque tanto plura in eo cognoscit, quanto ipsum plenus capit frumentum gloriae; sicut etiam ex principiis speculativis qui melioris intellectus est, plures conclusiones elicere potest. Unde in his divinis effectibus pertinentibus ad statum naturae vel gratiae, quae per Angelorum officia dispensantur, superiores inferiores illuminant et instruunt, ut expresse habetur in 7 ead. Hier., et in principio 4 de divinis Nominibus.

Quod ergo tertio objicitur, quod mentem solus Deus formare potest, dicendum, quod verum est justificando per gratiam; sed de hac formatione nihil ad praesens.

Ad quartum dicendum, quod sicut in actionibus naturalibus inferius agens non habet efficaciam in productione effectus nisi per virtutem agentis primi, quae vehementius imprimit in effectum; ita etiam in intellectualibus inferiori illuminans nihil potest efficiere nisi per virtutem primi illuminantis: et propter hoc ipse Deus est qui omnes docet; nec tamen excluditur ab alio illuminari, sicut nec ab agentibus naturalibus naturalis actio. Vel dicendum quod docere proprie dicitur qui in cognitionem rei ducit. Sic autem in cognitionem coloris sensibili objecto, et ex lumine sub quo videtur (unde et uterque dicitur demonstrare rem, scilicet qui lumen praeparat, et qui objectum repreäsentat) ita etiam ad cognitionem intellectualem duo exigitur; scilicet ipsum intelligibile, et lumen per quod videtur; et ideo dupliciter dicitur aliquis docere; vel sicut proponens intelligibile, vel sicut praebens lumen ad intelligendum. Ille autem lu-